plurimum
Admodum
Vtrum in modum
Summopere
Magnopere
Cicero q̄ tam arte Maxumopere
q̄ ingenio prestan- Valde
tissimus Obnixe studuit rem literariam ampliare.
Appime
Oppido
Impendio
Maxime
Vehementer
Iterum atq̄ iterum.

¶Alia variatio per synonymiam huius verbi studuit sic.

Studuit
Elaborauit
Insudauit
Cicero tã arte q̄ in- Inuigilauit
genio p̄stantissimus Applicat animũ vt rem literariam ampliaret.
Adiunxit animũ
Dedit operã summã
Nauauit operã summam.

¶Alia variatio mutando verbum in nomen verbale sic.

Studium
Labor
Cicero tã arte Industria
q̄ ingenio prestan- Opera
tissimus erat vehe- Diligentia vt rem literariam ampliaret.
mens fuit Desyderium.

Vel sic.

Studiosus
Cicero tam arte q̄ Amdus
ingenio prestans Cupidus
summopere fuit Diligens in re literaria ampliãda.
Industriosus.

¶Alia variatio per Syntaxin verbalis per omnes casus sic.

Studij
Cicero tã arte q̄ in- Laboris
genio p̄stantissimus Industrie
impendit plurimũ Sutoris vt rem literariam ampliaret.
Opere
Diligentie.

¶Alia variatio per Syntaxin datiui sic.

Studio
Cicero tã arte q̄ in- Labori
genio prestãs inten- Industrie
tus est ingenti Opere vt rem literariam ampliaret.
Diligentie
Sudori

quod eſt mate-

quod eſt materiatum

¶Secunda variatio ex æquo sic.

Tam ingenio ꝙ arte
Tum ingenio tum arte
Et ingenio et arte
Ingenio pariter et arte
Ingenio simul et arte
Ingenio non minus ac arte
Ingenio iuxta ac arte
Ingenio non secus arte
Ingenio haud aliter ac arte
Ingenio eque ac arte
Ingenio perinde ac arte
Cicero: Simul ingenio simul arte — prestantissim⁹ plurimū stu-
Ingenio non magis ac arte — duit rē literariā ampliare.
Ingenio non amplius ac arte
Ingenio non plus ꝙ arte
Ut ingenio ita arte
Ingenio haud inferior ꝙ arte
Ingenio et idem arte
Pari vel ingenio vel arte
Ingenio non solū sed etiam arte
Ingenio non tantū sed etiā arte
Ingenio non modo sed etiam arte
Arte nedum ingenio
Ingeniosissimus idem doctissimus.

Ingenij non minori prestantia ac artis
Ingenij equa cū artis prestantia
Ingenij non minore ac artis prestantia
De quo dubites an arte an ingenio prestantior
De quo dubites an ingenij an artis maior est prestantia
Cicero: In quo ingenij prestantia cū arte cōparanda certat
Cuius ingens ingenij prestantia doctrine respondet
Cuius ingenij prestantia artem equiparat
Qui artis prestantiā cū ingenio equat
Preter artem ingenio prestans
Preter ꝙ qs ingenio etiam arte prestans.

¶Tertia variatio per synonymiam huius dictionis præstans.

Prestans
Prepollens
Precellens
Excellens
Antecellens
Prestantes
Cicero tam ingenio ꝙ arte valde — Precipuus — magnopere studuit rē literariā ampliare.
Singularis
Eximius
Egregius
Perspicuus
Illustris
Insignis
Predarus.

¶Alia variatio per relatiuum & synonymiam verbi sic.

Syno. VVhitin.

Cicero q̄ tam arte ⁊ ingenio valde

Prestitit
Prepolluit
Precelluit
Excelluit
Antecelluit
Prenituit
Preluxit
Prefulsit
Resplenduit.

plurimū studuit rē literariam ampliare.

¶Alia variatio per synonymiam substantiui obliquo cum verbo cōiunctiui p Periphrasin.

Cicero q̄ tam ingenij ⁊ artis singularis

Prestantis
Excellentis
Politie
Candore
Nitore
Splendore
Magnitudine
Magnificentis
Claritate
Perspicuitate.

preluxit plurimū studuit/rem literariam ampliare.

¶Alia variatio per Syntasin relatiui in gtō.

Cicero cui⁹ insignis erat tā artis ⁊ ingenij

Prestantia
Excellentis
Polities
Candor
Splendor
Nitor
Magnitudo
Claritudo
Perspicuitas.

plurimū studuit.rē.

¶Alia variatio per Syntasin relatiui in dtō.

Cicero cui ingerat singularis tam artis ⁊ ingenij

Prestantia
Excellentia
Candor
Polities.

plurimum studuit.rē.

¶Alia variatio per Syntasin relatiui in accusatiuo sic.

Cicero quē tā artis ⁊ ingenij

Ditauit
Ornauit
Decorauit
Celebrauit

Prestantia
Excellentia
Candor
Splendor
Nitor
Polities
Magnitudo

plurimū studuit.rē.

¶Alia variatio per Syntasin relatiui in abltō substantiuo mutato in adiectiuū neutrius gñis per Hyperbolen.

Cicero quo tam arte ꝯ ingenio nihil mortalis

Prestantius
Excellentius
Candidius
Splendidius
Politius
Perspicacius
Magnificentius
Magis perspicuum.

plurimum studuit.ꝛc.

¶Alia variatio per comparatiuum vniuersali negatiuo adiuncto.

Cicero quo tam arte ꝯ ingenio nemo non aliter

Prestantior
Excellentior
Candidior
Splendidior
Politior
Perspicatior.

plurimum studuit.ꝛc.

¶Alia variatio augendo comparationem per aduerbia multo & longe sic.

Cicero q̃ tam arte ꝯ ingenio ceteris multo vel longe

Prestantior
Excellentior
Candidior
Splendidior
Politior
Perspicatior.

plurimũ studuit.ꝛc.

¶Alia variatio per superlationem augendo cum aduerbijs multo & q̃ sic.

Cicero q̃ tã arte ꝯ ingenio multo vel ꝯ

Prestantissimus
Perspicacissimus
Splendidissimus
Politissimus
Excellentissimus
Illustrissimus
Predarissimus.

plurimum studuit.ꝛc.

¶Alia variatio per verba superlationis cum aduerbijs multo, longe, & facile sic.

Cicero q̃ tam arte ꝯ ingenio lõge multo/ facile

Prestitit
Licet
Superauit
Excellit
Antecelluit
Prepollet
Preuertit
Preuerit
Antecessit
Anteuenit.

plurimum studuit.ꝛc.

¶Alia variatio per synonymiam huius aduerbij plurimum.

Plurimum
Admodum
Mirum in modum
Summopere
Magnopere
Cicero q̃ tam arte Maximopere
q̃ ingenio prestan- Valde
tissimus Omnibus studuit rem literariam ampliare.
Apprime
Oppido
Impendio
Maxime
Vehementer
Iterum atq; iterum.

¶Alia variatio per synonymiam huius verbi studuit sic,

Studuit
Elaborauit
Insudauit
Cicero tã arte q̃ in- Inuigilauit
genio plantissimus Applicat animũ vt rem literariam ampliaret.
Adiunxit animũ
Medit operã summã
Nauauit operã summam.

¶Alia variatio mutando verbum in nomen verbale sic.

Studium
Labor
Ciceronis q̃tã arte Industria
q̃ ingenio prestan- Opera
tissimus erat vehe- Diligentia vt rem literariam ampliaret.
mens fuit Desyderium.

Vel sic.

Studiosus
Cicero tam arte q̃ Audus
ingenio prestans Cupidus
summopere fuit Diligens in re literaria amplianda.
Industriosus.

¶Alia variatio per Syntaxin verbalis per omnes casus sic.

Studij
Cicero tã arte q̃ in- Laboris
genio plantissimus Industrie
impendit plurimũ Sutoris vt rem literariam ampliaret.
Opere
Diligentie.

¶Alia variatio per Syntaxin datiui sic.

Studio
Cicero tã arte q̃ in- Labori
genio prestãs inten- Industrie
tus est ingenti Opere vt rem literariam ampliaret.
Diligentie
Studoi

¶Alia variatio per Syntaſin accuſatiui: mutato aduerbio in adiectiuum ſic.

Cicero tām arte q̄ ingenio p̄ſtantiſſimus adhibuit vel ip̄ſe

Summū ſtudiū
Maximū labore
Per magnā induſtriā
Ingentes ſudores
Immēſam diligentiā
Non paruā operam.

in re literaria ampliāda.

¶Alia variatio per Syntaſin ablti mutando infinitiuum modū in verbale ſic.

Cicero tā arte q̄ ingenio p̄ſtantiſſimus p̄ſecutus eſt ingēti

Studio
Labore
Induſtria
Sudore
Diligentia.

ampliationē rei literarie.

¶Alia variatio per ſynonymiam huius infinitiui ampliare.

Cicero tā arte q̄ ingenio p̄ſtantiſſimus ſummopere ſtuduit

Ampliare
Amplificare
Locupletare
Ditare
Celebrare
Magnificare
Decorare
Ornare.

rem literariam.

¶Alia variatio mutando infinitiuum ampliare in gerundium in di ſic.

Cicero q̄ tā arte q̄ ingenio p̄ſtitit erat ſummum ſtudium

Ampliandi
Amplificandi
Locupletandi
Ditandi
Celebrandi
Decorandi
Exornandi.

rem literariam.

¶Alia variatio mutando infinitiuum ampliare in gerundium in dum.

Cicero tā arte q̄ ingenio p̄ſtās ſumā ad hibuit diligētiā ad

Ampliandum
Ditandum
Locupletandum
Exornandum
Celebrandum.

rem literariam.

¶Alia variatio mutando infinitiuum in gerundiuum in do.

Cicero tā arte q̄ ingenio p̄ſtantiſſimus aſſumpſit plurimū ſtudiū in

Ampliando
Ditando
Locupletando
Exornando
Celebrando

rem literariam.

¶Alia variatio mutando gerundium in verbale accusatiui casus.

Cicero tã arte q̃ ingenio p̃stãtissim⁹ ingẽtes sudores ꝓfusus est circa.	Ampliationem Amplificationem Locupletationem Exornationem.	rei literarie.

¶Alia variatio per Syntasin verbalis in ablatiuo.

Cicero tã arte q̃ ingenio p̃stãtissim⁹ maximã fecit diligentiã in.	Ampliatione Amplificatione Locupletatione Exornatione.	rei literarie.

¶Alia variatio mutando gerundia in coniunctiuum modum verbi sic.

Cicero non parũ laborus suscepit vt.	Ampliaret Locupletaret Ditaret Exornaret.	rem literariam.

¶Alia variatio per Synonymyam harum dictionum rem literariam, &c.

Cicero tã arte q̃ ingenio p̃stantissimus plurimum studuit ampliare.	Rem literariam Romanam linguam Latinum sermonem Latialem sermonem Latinum eloquium.	

¶Quũ præclarissimi authores diuite vena præditi, ad ingenij vires ostentandas nunc rẽ ita succincte & anguste cogunt & constringunt, vt quod demi possit sit nihil. Rursus rem (q̃uis breuissimam) nunc ita dilatant & locupletant, vt quod addi possit excogites nihil. Vt testatur Maronis experientiæ de ortu solis, de iride, de gelu concreto. Subiecimus hic quasdam nostri ingenioli experiẽtias de virtutis immortalitate. Ea demum gratia vt tam pedestri q̃ soluto sermone imitando discat iuuentus, rem (vel contractam) ampliare, & (velut protheos vultus) verborum copia variare.

¶Virtus immortalis.

Posteritate nitens omni duratior æuo,
Altiuolans virtus non moritura viret.

¶Alia variatio.

Virtutem excubie seruant vigilantibus ergo
Mortis ab interitu perpetua arce poli.

¶Alia.

Insuperabilior virtus adamante superstes
Tempore perpetuo non carioſa viget.

¶Alia.

Virtuti haud minuat vires rugoſa senectus
Quin perstet semper firma vigore suo.

¶Alia.

Amne ſoporifero, passura obliuia nusq̃
Virtus perpetua laude canenda manet.

¶Alia.

Cuncta carybdeo mors quæ rapit ore voraci
In virtute queat iuris habere nihil.

¶Alia.

Haud Acheronteas virtus visura paludes,
Imperio viuit semper olympiaco.

¶Alia.

Non Erebi tristes virtus passura tenebras
In paradisiaca luce perrenne nitet.

¶Alia.

Carcere cerbereo non vis adamantina claudat
Virtutem, penetrans quin volet athanatis.

¶Alia.

Hesperidum auricomis virtus præstantior hortis
Cui vis perpetuum nulla virere rapit.

¶Alia.

Eugaddi superat fragrans opobalsama virtus
Quæ spirans redolet semper odore nouo.

¶Alia.

Fructiparens riguo virtus fœcundior horto
Pullulat æterno flore nitente virens.

¶Alia.

Pascitur ambrosiæ virtus cultissima succo,
Perpetuo vt Daphne floret honore come.

¶Alia.

Candidior niueis virtus est alba liguſtris
Aeui quam caries nulla nigrare queat.

¶Alia.

Extat Hamadryadum virtus viuatior æuo
Quam mortis nunq̃ funera dira premant.

¶Alia.

Quem subit occasum sub Calpe hiperione natus
Non videt hunc virtus, sed sine fine nitet.

¶Alia.

Cornigeræ phœbes mortalia cuncta sub axe,
Vendicat ac virtus viuere perpetuo.

¶Alia.

Stelliferi virtus arcem sibi poscit olympi
Haud Phlegetonteis interitura rogis.

¶Alia.

Insatiabilibus qui faucibus exedit annos
Saturni haud virtus est peritura fame.

¶Alia.

Fulminea hanc orbis molem quæ tela cyclopum
Soluent, virtutem non temerare valent.

¶Alia.

Nil terrestre vides, quod non mors tabida perdet,
Virtutis solidæ vita perrennis erit

¶Alia.

Virtutem obfuscet non vlla rubigo, beryllus
Siue vt erithreus prænitet vsq; lapis.

¶Alia.

Exitiale frigus, non torridus officit æstus
Virtuti, maneat quin sine fine virens.

¶Alia.

Irresolubilibus virtus clara euolat alis
Lucida nec radijs cedit Apollineis.

¶Alia.

Mititur ad metam natura mobile quoduis
At metæ virtus nescia fæcla mouet.

¶Alia.

Lurida non Hecates viciarint carmine Phyltra,
Virtutem, at florens integra semper erit.

¶Alia.

Naturale suum centron quando appetit omne
Aeternat virtus cœlifero orbe locum.

¶Alia.

Prorepit ad finem cum nox, lux, mensis & annus,
Irradians virtus sine carenda manet.

¶Alia.

Odryſios luctus virtus Niobeſq; dolores
Spernens, perpetuo læta perennis ouat.

¶Alia.

Cum ſuperis eadem virtuti Iunata poteſtas
Vt nequeant prorſus fata ſubire necis,

¶Alia.

Sydereo ſolio virtus regina triumphans
Aeterni imperij cum Ioue ſceptra tenet.

¶Finis.

¶De magiſtratibus veterum Romanorum.

¶De regibus.

Romanum imperium primo reges habuere.

Romulus his primus, Numa pompiliuſq; ſecũd⁹
Hoſtilius Tullus, ſequitur quẽ Martius Ancus,
Poſt hũc Tarquini⁹ Priſcus, dehinc Seruius ille
Tullius, extremus rex Tarquiniuſq; ſuperbus.

¶Primo imperiũ romanũ reges habuere, quorũ prim⁹ fuit Romulus. ſc̃ds Numa Pompilius. Tertius Tullus Hoſtilius. Quartus Ancus Martius. quintus Tarquinius Priſc⁹. ſextus Seruius Tullius. ſeptimus et vltimus Tarquinius Superb⁹. Cũ Roma auſpicijs Romuli ꝯdita eẽt. ſubinde reges eius impiũ tenuerũt de quibus Florus epitomatũ ꝓmo. Hec eſt prima etas populi Romani, et quaſi infantia, quã habuit ſub regibus ſeptem quadã fatorum induſtria tã variis ingenijs: vt reip. ratio et vtilitas poſtulabat. ꝫ tã q̃d Romulo ardentiuſ⁹ tali opus fuit vt inuaderet regnũ. Quid Numa religioſus? ita res poposcit. vt feras ꝑpulus deoꝝ metu mitigaretur. Quid ille militie artifex Tullus? bellatorib⁹ viris q̃ neceſſarius: vt aueret ratione virtutẽ. Quid edificator Ancus? vt vibem coloniis extẽderet, ⁊ ponte iungeret et muro tueretur. Iam vero Tarquinij ornamẽta ⁊ inſignia: quantũ principi populi addiderunt ex ipſo habitu dignitatẽ Actus a Seruio cenſus q̃d effecit? niſi vt ipſa ſe noſceret reſpublica. Poſtremo ſuperbi illius Tarquinij importuna dñatio non nihil, immo plurimum profuit. Sic enim effectum eſt: vt agitatus iniurijs populus: cupiditate libertatis incenderetur. Hec ille.

¶De conſulibus.

Regibus exactis, Romana potentia binis
Conſulibuſq; ceſſit, quibus annua facta poteſtas
Damnent, vel ſoluant quemuis per iuſſa ſenatus.
Officio functi, dicti ſunt conſul(q;)lares.

¶Exactis et expulſis regibus ob ſtupũ Lucretie a ſexto Tarchnio filio Tarquinij ſuperbi. Bini ſinguli annis cõſules creabant. Totũ autẽ hoc annus ſpacio ꝑdurabat: q̃ cõpleto, ꝑpulus Romanus in cãpo Martio cõgregat⁹: de ꝑſulibus eligẽdis in comitijs ꝑtractabant. Officiũ conſulũ id erat: exequi diligentia ⁊ opera voluntatẽ et iuſſa ſenatus. Eis cõceſſa poteſtas dãnandi, vt ſoluẽdi quẽuis: ⁊ duodecim homines faſces et ſecures manibus geſtãtes ꝑ vtroq; cõſule ire ſolebãt. ⁊ iſti lictores appellati ſunt. Cõſules ſunt dicti, q⁹ reipublice plurimũ ꝓſulerẽt binis ſinguli annis creabantur. hinc Romanis annoꝝ ſupputationẽ: rerũq; geſtarũ ſeriem per conſules deDe poteſtate conſulum.

Unde conſules dicti.

signabāt: vt greci per olympiades. Tēpus enim quo ad factū esset q eos q̄ts cōsules erāt significauerūt. Vt nē per eos regiā potestatē sibi vendicarent: lege lata institutū est/ vt vocatio ab eis ad populū esset: neue possent in caput ciuis Romani animaduertere in iussu populi: solo hoc eis relicto campus Martius vt coercere possent et in vincula publica duci iuberent. Jn cōsulatus dignitas consulis. Martis cāp⁹. Nome erat sic dict⁹: q̄ Marci cōsecrat⁹ esset de quo Titus Liuius. Ager Tarquiniorū q̄ inter vrbē ⁊ Tyberim erat Martio ꝓsecrat⁹. martio deinde cāp⁹ fuit. Jn eū (q̄ multitudinis capax erat) populus Romanus ad eligendos magistratus cōuenire solebat.

Unde consulatus dict⁹.

Cāp⁹ Martius.

De lictoribus.

Bis sex lictores fasces virgasq; ligatas
Gestabant manibus præ consulibusq; merunt,
Transuerso a litio dicti virgis veligandis.

Lictores.

Lictor magistratuū minister ac satelles erat dict⁹ sic (vt nōnulli volunt) aligandi vel q̄ virgarū fasces ligatos gerebāt lictores. vel q̄ eis magistrat⁹ ppli Romani virgis quenq̄ verberari iussissent: cura eius ac man⁹ ligare solebāt lictores. Alij a lino vel licio appellatū dicūt: q̄ lictores licto ex transuerso cincti erant. Erant vtriq; cōsuli lictores duodecim. Ceteris vero magistratib⁹ quales sunt pconsules (q̄ extraordinariū gerunt consulatū) ptesides pretores: ⁊ id genus tantum sex.

Fastes.

De senatoribus.

Roma senatores centum primo sibi legit.
Romulus iis auctor, post reges aucta ducentis,
Hi dicti patres conscripti, ætate, & honore,
Vel parili cura, respublica q̄ regeretur.
Iis, veluti liberi, de iis patricij sua proles.

Senatores.

Senatores primo centum nūero q̄ Romulū stabiliti sunt. deinde exactis regibus nūero ducētū auducti. et oēs hi patres cōscripti nominati sunt: siue etate/ siue fortitudine cure: q̄ sicuti parens liberos/ ita ipsi remp. gerebant. De quibus Salustius. Delecti quibus corpus animi infirmū/ ingenium sapientia validū erat: reipublice consultabant. hi vel etate/ vel cure similitudine patres appellabantur. Vocabātur conscripti: q̄ eorum nois aureis literis in quadam tabula conscripta sunt. Eorū filij patricij dicebantur.

Patres conscripti.

De senatu.

Sancta senatorum collegia dicta senatus.
Quorum perstabat vita durante potestas.

Senatus.

Senatus erat societas ac collegiū senatorū. Et aliq̄n senatus est collectiuū ⁊ significat illam multitudinem senatorū. vt Senatus hoc agendū decreuit. Nōnūq̄ senat⁹ capitur p̄ loco quo senatores conuenebant ad consultandū de reipublice negotijs. vt hic oratiōnē habui in senatu: q̄ sepe apud Ciceronē est inuenire. ⁊ tunc per Metonomiam capitur contemptum pro continente. Senatorum authoritas et dignitas eorum durante vita perstabat.

De dictatore.

Romano populo subito vis si accidit ingens,
Vnde sequi clades videatur magna, creatus
Dictator fuerat, cui summa potentia regis
Summus honorq; datus, cui dictatura manebat
Semestri spacio, minus aut plus res vbi possit,

Hinc equitum sub erat dictatorq; magister
Hic ita militibus populo velut ille præesset.

¶ Dictatorq; a consule dicebat cui⁹ dicto oēs audiētes essent appellat⁹ est. Erat q; extra ordinarius magistratus: tū solū cum vis aliqua maior repente obortā ingentem vrbi cladem minitari videretur creari solitus. Habebat dictatorius auctoritatem terrendi in cuiusq; ciuis Romani caput: nec ab eo prouocandi ius erat. Lictores et vniuersa regum insignia habebat: dictatoria ceteros magistratus eligere licebat: a quib⁹ dictādis quidā volūt dictatorem appellatū. Dicebat sibi dictator magistrū eqtū/q̄ talis apud dictatorē erat: quales apud reges tribuni equtū sceleruq; Utq; dictatori ius iunimū in populū ita magistro eqtū in oēs milites erat: dictatura sexto mense finiebatur/nūc citius/nūc tardius: vt necessitas postulabat. Dictator. Dictatoris auctoritas. Magister eqtū

¶ De imperatore siue duce.

Dux exercitui romano tempore belli
Induperator erat, populi arbitrio quoq; lectus
Consul/dictator/prætor/vel qui magis aptus
Cui summum imperium, cum bello finit idemq;.

¶ Imperator is dicebatur q̄ perdurāte bello ēerat romano exercitui: electus communi concordia populi: vel consul/dictator/ prætor/ vel alius quispiam magistratus Imperatorius appellatio tametsi diu militare officium in bello fuisset consuetudine tñ inductū est: vt hi reipublice romane gubernacula soli tenebant: imperatorū nomē ad dignitatē translatū est: regio nōe reiecto: qō post exactos reges odio Romanis habebat. Quippe imperatores dicebantur q̄ senatus & populi romani iussu vel ducebant exercitus/vel prouincias administrabāt. Itaq; hi nō dñi erāt: sed ministri ēgnis postea in tyrannidē versus sit. Hic magistratus & imperatoris nomen in eum translatū sit: qui romani imperij gubernacula tenet. Et quilibet imperator siue dux duos legatos habebat. Imperator.

¶ De tribunis plæbis.

Cum plæbs a patribus dissentit Roma tribunos
Plæbis delegit, fuerat quis tanta potestas
Vt si non par eos essent consulta senatus
(T scripto a tergo) signata probata, habebantur
Irrita, curabant a vi defendere plæbem.

¶ In dissentione plebis a patrib⁹ facti sunt tribuni plebis: quib⁹ maxima est tradita potestas quippe & prouocabatur ad eos ne quis senatus consulta nisi p̄ eos approbata: et subscriptione T. essent a tergo signata fuissent: habebātur irrita. Hi potissime plebē ne a patribus opprimerētur tutabātur nouitq; imperū reprimētes. Hi etiā sacrosancti erant & exempti in vrbe & extra vrbē Romā p̄ vnū militare & sacrosancti dicebantur. Et si magistrat⁹ alt⁹ eos contumelia vlla affecisset: tunc a ctus ceruix in templo Iouis consecrabatur quorum ministri viatores appellabantur. Tribunis plebis. Tribuni auctoritas. Viatores.

¶ De prætore.

Bellorum gratia cum consul abesset vterq;
Electus prætor, populo qui redderet iura
Et cohibere malos potuit seruare bonosq;.

¶ Prætor quasi præstor/magistrat⁹ populi romani creatus: q̄ (cū cōsules ad vrbe bellorū gratia auocarētur) institut⁹ est: vt in vrbe ius redderet. flagitiosos plectebat et innoxios subleuabat: et vnicuiq; iusticiā administrabat: sicut nunc vtbium prætores et potestates. i. q̄ funguntr authoritate iurisdicendi: et⁹ officiū prefura dicebatur. Prætor. Prætoris auctoritas.

¶De præfecto annonæ.

Annonæ dictus præfectus, cui data cura
Vrbi vt prospiceat frumentum equo precioq;
Vt cogat vendi in medium clausamq; proferri.

¶Prefectus annone erat magistratus q̄ annone pro ipsi⁹ vrbis alimonia cōparāde ꝓpositus fuit: hic emēdi frumēti curā habebat: aduehi vndecunq; et adnectum iusto precio venire vendiq; faciebat. Si quis vltra necessitatē habebat in medium cogebat proferri. Et hic peculiari nole prefectus annone dicebatur.

¶De prefecto vrbis.

Quando magistratus aberant reliqui data summa
Vrbis præfecto domimetur in vrbe potestas
Defectus vrbis renouet domumq; ruinas

¶Erat preterea apud Romanos ꝑfectus vrbis q̄ toti⁹ vrbis administrationē (absentib⁹ maioribus magistratib⁹) habebat. Eius etiā officiū erat munire ac restaurare oēs defectus vrbis aduenientes ⁊ cū superiores magistratus vrbe excesserāt is summus administrator cum rege manebat.

¶De præfecto vigilum.

Præfectus vigilum præerat custodibus vrbis
Lustrando insidias nocturnas cura præmendi
Huic data, depræsos claudendi in vincula sontes.

¶Prefectus vigilū is erat qui multo presidio munitus vrbē noctu circuire: phibere incēdia/aut excitata extinquere/malefactores/fures/ et ceteros id genus hoies nequitiam noctu exercētes cōprehendere ⁊ in vincula cōijcere habebat.

¶De pontifice.

Pontifices sacris præerant, iis cura dabatur
Pontes restituant, iis maioresq; minores.
Qui reliquis præerat dictus fuerat quoq; summus.

¶Pontifices dicebant ꝓncipes antistitū et sacrorū augurioru. inter q̄s vnus summus pontifex maxim⁹ siue pontificū rex et sacrorū habebatur. pōtifex a posse ⁊ facio vt plerīq; volunt. vel a ponte ⁊ facio: vt Varro tradit. Nā pōtificib⁹ pons Sublicius primū est factus/⁊ postea sepe reparatus: necnon ceterorū pontium restituendorum cura eis data erat. Erāt aūt minores et maiores pontifices: inter q̄s vt dixit vnus summ⁹. q̄ pōtifex maxim⁹ siue summ⁹ pōtifex dicebat: q̄d a romanis veterib⁹ sumptum/nostreq; religiones hoies seruāt. Nam minores pontifices episcopos. maiores pōtifices archiepos. ⁊ papam maximū siue summū pontificem (q̄ ecclesie catholice presit) appellant. Inde pontificatus ipsius pontificis dignitas.

¶De censoribus.

Censores dicti, quibus est concessa potestas
Ciuis romani cuiusuis pendere census
Pondera sicq; vias simul ornamenta stateras
Curare & mores, ius illis condere lustrum
Censum agere quinto quouis anno, remouere
Quousq; minus dignos censebant esse senatu
Et quinquennali spacio censura manebat

Primo is deinde decem tantum vel mensibus octo.

¶Censores erant magistratus maxime authoritatis et prudentie. horum cura fuit estimationes/stateras/pondera/ornamenta/viasq; ciuitatis suburbiorum et municipiorum vbi finiri mox vt debite haberetur pertractare vbis ⁊ ciuiū impensas supuacuas resecare/moribꝰ presse. Hi magistratus in initio suo quinquennio pdurabant postea decē ⁊ octo mēsis sibi statuti. Cēsores a censendo vocitati sunt: q; rē suā tanti quisq; estimare solitus sit/quāti illi censui essent. Hi (cū ppter diuturna bella census estimatioq; rerū ac bonorū secūm quā tributa pendebant: facta nō esset: cōsulesq; bellis impliciti id prestare nō possent) censores creati sunt: qui quinto quoquo anno cēsum agerent ciuiumq; romanorū nūerū facultatesq; recenserent ⁊ censu agendo censores appellati sunt. Cura deinde morū ac disciplīe romane huic magistratui tradita: in tantūq; authoritas eoꝝ creuit: vt sub potestate censoria esset ius primatorū publicorūq; locorū: vectigal populi romani in senatum legere/ senatꝰ ꝓncipē describere/ censum agere/lustrum cōdere/ equū adimere: et quos putasset dignos senatu amouere. Inde censura dignitas censoris.

¶De quæstore.

Quæstores dicti quibus vrbis cura peculi
Tradita quærendi, & seruandi æratia, necnon
Vrbis prouentus, vectigal, & rationes
Exigere assoliti, ac inquirere de malefactis.

¶Questorū erat officiū inq̄rere reipublice rationes/vrbis romane vectigalia prouectusq; exigere. cōtrouersie ciuiū coram his agebātur/ ab his questionibꝰ et litibus finis aut sententijs aut aliter imponebat. Questores per syncopā quasi quesitores dicti sunt. Virg. Quesito minos vrnā mouet. Hi pecunie publice querende preposit erant: vectigalia agebant ⁊ erarij curam habebāt: maleficijs quoq; inq̄rere solebant ppter qđ a questionibꝰ exercēdis nō nulli putant questores appellatos. Legit etiam questores a populo creatos fuisse: qui capitalibꝰ rebꝰ presserent: et hi questores parricidij nuncupantur. Inde questura a questoris officium.

¶De interrege.

Dissidium quoties super ipsa comitia factum
Interrex populi consensu sæpe creatus
Plena magistratu dignum cui facta potestas
Eliget, ad tempus teneat sedem ve vacantem
Dictum interregnum/vacat hæc quo tempore sedes
Quod tum cessabat noua quando electio facta.

¶Interreges dicebāt q̄ quotiēs tumultuatio aut dissidiū inter ipsa comitia de aliquo magistratu eligendo accideret populi consensu creatus est. Cui talem magistratum elegēdi tradita est potestas: vel q̄ loco illiꝰ magistratꝰ ꝓ tpe cōstitutꝰ est. Inde interregnū est cum loco magistratus interrex creatur. Titus Liuius. Cum sine curuli magistratu resp. esset patricij coiere et interregē creauere: cōtentio/ consules ne an tribuni militū crearentur in interregno rem complures dies tenuit. Propue tamen interregnū appellatur id tempus quo regnum vacat rege. hoc est anteq; in demortui loco nouus rex preficeretur.

¶De ædilibus.

Aedibus ædiles præerant sacris quoq; priuis
Hi vel a quæductus curabant atq; cloacas
Et loca cuncta vrbis seruanda a sorde ruina

Si pro syncero quicq̃ vendi vitiosum
Obtigit, imperium reddi cogebat eorum
Carmina sunt horum iussu recitata theatro
Curules dicti sunt q̃ curru veherentur.

Aediles.
Aedilitũ autoritas.

¶Ædiles ab edibus dicti sunt: magistratꝰ erant q̃ nõ modo sacrarũ/ sed etiã priuatarũ edifitiorũ curã gerebãt: ludos quoscunq; & ex quacunq; causa instituere ad eos pertinebat. Comedie et tragedie edilitũ iussu recitabant: & loca in theatro assignabantur. Si q̃s seruũ aut iumentũ morbosum vitiosum ve p integro sanoq; vendidisset edicto edilitũ emptori succurrebat. Hi etiã curã gerebant vt cloace & aqueductus ceteraq; edificia tam priuata q̃ publica: lauta: munda/ et integra seruarentur. Denicq; q̃q̃ vitiosum p syncero/ fractu p integro venundabat. edilitũ imperio reddebatur. Itaq; edilitiũ edictũ dicebatur. Et quia ediles sella curuli vtebant (saltem patricij) ediles currules dicti sunt. Alij eplebe ediles plebei sunt dicti: et hi non sedebant in currulibus. Edilitas/ edilitatus/ & edeficiũ est officiũ dignitasq; edilis.

Quare ediles curules dicti.

¶Chiliarcha, Centurio, Decurio.

Militibus præerat milenis chi(q;)liarcha,
Centurio centum, denis sic decurioq;.

Chiliarcha.
Centurio.

¶Chiliarcha dictus q̃ mille militibus preerat. dictꝰ a chilos grece qõ est mille/ & archos qõ est princeps. Cẽturio centũ militibꝰ presidebat: & hic grece hecaton tarchos dictus. Decurio dictus qui decem militum princeps erat. hic grece decarchus appellatur.

¶Populus.

Est collectiuum populus/ quod continet omnes
Romanos ciues tam claros q̃ inferiores.

Populus.

¶Populus nomen collectiuũ a sua appellatione: Romanos oẽs tã nobiles q̃ ignobiles complectens. Et dividebatur in patres/ patricios q; viros qui nobiliori genere orti et melioris erant conditionis: & in plebem que erant ignobilium. Inde plebei qui erant de plebe.

¶Plebs.

Plæbs populi pars est adiectior inferiorq;.

Plebs.

¶Plebs est pars populi inferior et abiectior ex ignobilibꝰ constans. Plebs capitur etiã p viliori parte alicuiꝰ multitudinis. Ouidius de celicolis scribens ait. Dextra leuaq; deorsum. Atria nobiliũ valuis celebrantur apertis. Plebs habitat diuersa loca: a fronte potentes celicole.

¶Comitia.

Ipsa magistratus, electio facta, locusq;,
Concio, vel populi, sunt dicta comitia, sicq;
Quo fieret, tempus fuerat quod eiq; statutum.

Comitia.

¶Comitiũ ꝺra con et itio siue eo dictum est q̃ populꝰ coibat cõueniebatq; statutis temporibus ad eligẽdos magistratus. Illa igitur populi ꝯgregatio comitium dicebatur/ siue electio magistratus/ siue locus in quo fiebat electio/ siue tẽpus electionis. vnde dies comitiales dicti sunt.

¶Magistratibus.

Non solum officium, sed quisquis fingitur ipso
Esto magistratus, collecti & officiales.

Magistratus.

¶Magistratus aliqñ cõcretũ est/ & nõ collectiuũ. et est aliquis officialis & dignitas

te fungetis. Aliqñ cõcretum et collectiuũ. et tũc est officialiũ collectio. Aliqñ abstractum et tunc dignitatem ipsam significat.

¶Legio.

Continuit peditum legio sex millia centum,&
Hinc septingentos sic ter denos equitesq;.

¶Legio erat miliũ cetus vltra sex millia: neq; plures septẽ millibus/ neq; paucio-res sex millib⁹: sed inter duos illos terminos interceptũ. Dicũt alij q; sex millia sex ẽtos et seraginta sex continuerit. Alijs placet (quib⁹ assentio) legione cõtineri peditũ sex millia centũ: ⁊ septuagintos. xxx. eqtes: deceq; cohortibus firmata erat legio. Legio.

¶Cohors.

Continuit legio denos in sese cohortes,
Quarum prima equites quadragenos quoq; binos
Millenos pedites sic centum quinq; tenebat,
De hinc equites senos sexagenosq; secunda
Quingentos pedites quinquagenos quoq; quinq;
Tertia cum reliquis numero cõstabat eodem.

¶Cohortes decẽ in se cõtinuit legio. Prima cohors eqtib⁹ loricatis q̃dragita duobus coiitabat. peditib⁹ aũt mille centũ q̃nq; ⁊ hec milliaria dicebaꝯ. Scõa cohors eqtes seraginta ser: pedites aũt q̃ngẽtos q̃nquaginta q̃nq; habuit: ⁊ hec q̃ngentaria dicebaꝯ. tertia/ q̃rta/ ⁊ cetere eodẽ nũero q̃ scõa cõstituebaꝯ. potto i cõmẽtarijs teste. Cohors.

¶Triumphus.

Hostibus euictis ingenti clade, vbi cessit
Romanis ducibus victoria læta, dabatur
Imperatori summo vel honore triumphus.
Vectus in aurato curru rutilante triumphans
Quattuor actus equis niueis, præeunte senatu
Ad capitolinas arces, tauroq; litabat.

¶Triumphus summ⁹ apud Romanos honor: q̃ quidẽ duci romano ingẽti victoria parta et graui clade hostiũ illata: cũ imensa gl̃ia dabaꝯ. Itaq; q̃ triũphabat curru aurato q̃ttuor albi eqs vehebaꝯ ⁊ senatu pẽũte i capitoliũ ducꝯ tauro sacrificabaꝯ. Triumphus.

¶Ouatio.

Hostibus haud cæsis, tamen absq; cruore fugatis
Semper ouari duci victoria parta ferebat
Vno vectus ouans & equo, ad tarpeia saxa
Plæbei aut equites hunc ducebant oue cæsa.

¶Ouatio quotics non interfectis: sed fugatis hostib⁹ incruenta fuit victoria: duci plebatur. Itaq; qui ouabãt vno vtebãtur equo: ⁊ plebeis siue equitibus in capitolium deducti: ex oue sacrificium faciebant. Ouatio.

¶Justicũ erat tps q̃ iura in vrbe Romana nemini reddebãtur q̃ciosis reip. tẽporib⁹ et dubijs certaminibus: sed iura claudebantur et iurgia tacebant quousq; instans periculum tolleretur. Justicium.

¶Priuati ciues dicebaꝯ q̃ nullũ officiũ publicũ/ nullũ magistratũ exercebãt. Publici vero qui officia gerebant. Colonia erat cetus aut multitudo ciuiũ trãsmissa iussu senatus: ad inhabitandũ ciuitates alienas: aut gratia custodiẽdi aut possidendi eẽdi noui habitatores Coloni dicebantur. priuati ciues. Colonia. Colonus.

Lex.

¶Lex erat populi Romani cõstitutio. Senatusconsultũ erat decretũ ad senatu constitutum. Plebiscitũ erat constitutio consensu plebis a tribuno ordinata. Decretum a decerno/sicut edictũ ab edico: nota satis nota.

Senatusconsultum.

De noib⁹ Romanorum.

¶Ciues Romani trib⁹ noib⁹ vocabantur. sicut Publius Cornelius Scipio. Primũ est prenomen. Scõm nomẽ. Tertiũ cognomen. A võnullis addit agnomẽ. Et apud Romanos hystoricos noia sepius breuiũ notant⁹ operepretium est scire per A. Aulus intelligitur. per Ap. Appius. per Fl. Flauius. per M. Marcus. per S. Sextus. per T. Titus. p C. Celius p S. Gaius. p Pu. Publius. p M. Decius. p L. Lucius. per Q. Quintus. p Sp. Spurⁱ. p R. Roma. per Ro. Romani. p Pl. plebs. per Rp. Respublica. per Con. Cõsultus. per Se. Senatus. per Tr. Tribunus. per Sc. cõ. Senatusconsultum. per B. Brutus. per Iu. Iudices. Per Q. Quirites.

¶Finis.

¶Londini in ædibus VVinandi de VVorde, anno domini. M. CCCCC. XXXiij.

Cum priuilegio.